



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 174. Fæderis pacta inter Franciam, & Castellam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

moderante, cum Henricus de Transtamare, Sæcul. XV.  
a quo Isabella genus duceret, de Regno A.C. 1478.  
periclitaretur, in ejus auxilium Bertran-  
dum Guesclinum cum numeroso milite  
misissent. Postea injunxit, ut propone-  
rent, quod Angli Castellanis, ac præcipue  
Transtamarenſi familiæ semper infensi fuis-  
ſent; eoquod illi crederent, quod hæc ipſa  
Domus Lancastriensibus Castellæ Regnum  
vi eripuiffet. De cetero autem Maximilia-  
no nullæ ab Imperatore sperandæ eſſent  
ſuppetiæ, m ille ægre admodum propriæ  
ſuæ defenſioni par eſſet, vixque ſuos ſubdi-  
tos ſemper ad ſeditionem proclives in of-  
ficio continere poſſet: Ex adverſo Fer-  
dinando, ſi Gallis ſe jungeret, validum  
auxilium ad diſſipandam Joannæ factio-  
nem præſto foret. Iſdem quoque Ora-  
toribus Ludovicus in mandatis dedit, ut  
cauſam de Comitatu Ruscinonensi & Ce-  
retanensi Franciæ oppignoratis arbitro-  
rum, qui utrinque nominarentur, ſen-  
tentia relinquerent.

### §. CLXXIV.

#### *Fædus Castellam inter E& Franciam.*

**N**ec Ludovici consilium eventus feſel-  
lit, Legatis ejus concreditam ſibi  
provinciam integra fide exequentibus.  
Quare Ferdinandus & Isabella, ſive quod  
metuerent, ne forte Ludovicus ſociali  
fœdere

**Sæcul. XV.** foedere Lusitanos sibi jungeret, sive quod  
**A.C. 1478.** Oratorum rationibus expugnati essent,  
 amicitiæ pactum in oppido S. Joannis  
 Luxensis ictum die nona Octobris utri-  
 que firmarunt, his legibus, ut Castellani  
 omnibus hucusque foederibus etiam cum  
 Eduardo & Maximiliano fancitis nunti-  
 um mitterent; Galli autem Lusitanæ  
 Regis, atque Joannæ Castellanæ amici-  
 tiam dissolverent. Præterea inter eos  
 conventum est, ut lis de Ruscinonis &  
 Ceretaniæ Comitatu arbitris dijudicanda  
 traderetur; denique mutuum sibi spon-  
 derent auxilium contra quoscunque ho-  
 stes, excepto Arragonum Rege, quem  
 Ferdinandus & Isabella nunquam bello  
 peterent, sed duntaxat operam suam im-  
 penderent, ut Arragonum ab armis  
 Franciæ inferendis retraherent. Hoc ipso  
 etiam foedere cetera omnia antehac inter  
 utrumque Regem inita rata habebantur.  
 Tam optati successus fama Parisienses in-  
 genti lætitia replebat.

## §. CLXXV.

*Creatio unius Cardinalis.*

**Addit. ad**  
**Ciacon. in**  
**Sixt. IV.**

Die undecima Februarii summus Pon-  
 tifex Romam, qua urbe ob pestilen-  
 tiæ vehementiam excedere compulsi-  
 erat, reversus, quintam habuit Cardina-  
 lium creationem, qua tamen nennisi uni-  
 cum